

Articulus 21. Louan.

Firma fide tenendum est, unam esse in terris ueram atq; catholicam Christi Ecclesiam, eamq; uisibilem, quæ ab Apostolis fundata, in hanc usque nostram ætatem perdurans, retinet & suspicit quicquid de fide & religione tradidit, & traditura est cathedra Petri: super quam ita à Christo suo sponso est ædificata, ut in his quæ fidei sunt & religionis errare non possit.

Articulus 22. Louan.

Extra hanc nulli speranda est salus: suntq; extra eam Hæretici, Schismatici, & excommunicati. Vnde uehementer formidanda est excommunicatio, nec humana, sed diuina est excommunicandi potestas.

Articulus 23. Louan.

Vnus est Ecclesiæ summus pastor cui oēs obedire tenent, ad cuius iudiciū cōtrouersię quæ super fide, & religione existūt, sunt referendę.